



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CXL. Anno, Domherr zu Halberstadt, erkennt in Sachen des Pfarrers zu Derenburg als delegirter Richter des zum Bischofe in Brandenburg berufenen Archidiaconus Friedrich von Plozcek, am 9. Dzbr. 1303.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

conferendi curas animarum ecclesiarum nostre diocesis habeat, nisi nos seu legitimus vicarius noster. Ea propter vobis in virtute sancte obedientie districtius precipimus et mandamus, quatenus nullus vestrum se de huiusmodi autoritate aliquantulum intromittat, sed domino preposito Brandenburgensi cui in his et consimilibus nostras commisimus vices, presentatos vobis absque contradictione qualibet remittatis. Datum in die Simonis.

Nach einem Brand. Copialbuche.

CXL. Anno, Domherr zu Halberstadt, erkennt in Sachen des Pfarrers zu Derenburg als delegirter Richter des zum Bischofe in Brandenburg berufenen Archidiaconus Friedrich von Plozcek, am 9. Dibr. 1303.

Nos Anno, dei gracia cellerarius ecclesie Halberstadenfis, iudex a venerabili domino Brandenburgensi ecclesie a sede apostolica proviso Frederico de Plozcek, archidiacono in Uttesleve, delegatus, interloquendo pronunciamus, quod dominum Johannem de Dreyneleue ad ecclesiam in Derneburch presentatum — defendere debemus et tueri iuxta commissionis continentiam nobis facte —. Actum et datum Halberstadt in curia nostra, anno domini MCCC tertio, quinto ydus Decembris.

Ebendaßer S. 50.

CXLI. Ablassbrief des Erzbischofs Burchard von Magdeburg und der Bischöfe von Halberstadt, Merseburg, Brandenburg und Havelberg für den Andreas-Altar in der St. Gertraud-Kirche zu Halle, vom 23. Juni 1304.

Borchardus dei gratia, sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Albertus Halberstadenfis, Henricus Merseburgensis nec non Fredericus Brandeburgensis et Arnoldus Havelbergensis ecclesiarum episcopi. Vniuersis christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit salutem in eo qui est credencium uera salus. Gratum obsequium et pium totiens opinamur deo impendere, quotiens mentes fidelium ad pietatis et deuocionis opera excitamus. Cupientes igitur altare in honore sancti Andree apostoli in ecclesia sancte Gertrudis in Hallis, Magdeburgensis diocesis, per honorabilem virum Johannem de Nurthhufen, ciuem ibidem, de nouo constructum speciali gratiarum priuilegio honorare; Omnibus uere confessis et corde contritis, qui dictum altare in quatuor summis festiuitatibus, uidelicet natiuitatis Christi, resurrectionis, ascensionis, pentecostes, nec non in quatuor festiuitatibus gloriose uirginis Marie, uidelicet purificationis, assumptionis, natiuitatis, nec non in festo patroni ac in anniuersario dedicationis eiusdem altaris, cum deuocione, uisitauerint, uel elemosinas suas ibidem elargiti fuerint aut orationes suas deuote fuderint; nos de omnipotentis dei misericordia ac sue matris, beate uirginis Marie, nec non beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate consili singuli nostrum singulos quadraginta dies et quinque karenas, de iniunctis sibi penitencis in domino misericorditer relaxamus. Datum Hallis, anno domini M. CCC. quarto, pridie sancti Johannis euangeliste.

Ludwig, Reliquiae Diplomatum Bd. I., S. 502.